1296. Febbrajo

Milano.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 15 (23.)

In nomine Domini Anno Anno a nativitate eiusdem millessimo ducentessimo nonagessimo sexto. die Jovis sextodecimo die mensis februarii. Indictione nona. Dominus Paganinus Zurlla
sindicus capituli seu conventus monasterii sancte Radegonde Mediolani nomine domine Serene de Zurllis abatisse et domine Marie de Lampugnano camerarie et aliarum monialium dicti monasterii
et capituli seu conventus eiusdem. Investivit nomine massaricii ad benefaciendum et meliorandum Johannem filium quondam domini [illegible] de [illegible] de loco Giudi. Nominative de peciis quatuor terre iacentibus
in teritorio seu loco de Giudi. prima quarum est vinea ubi dicitur In Barballada et est pertice viginti. Secunda est campus In eodem ... cum aliquibus vitibus Inde pertice octo vel id
circa Tertia est ibidem et est vinee pertice octo vel id circa. Quarta est campus ibidem cum aliquibus vitibus Inde pertice decem vel id circa. Eo tenore quod a [illegible] usque ad annos
novem et deinde donec utrique parti placuerit dictus Johannes cum suis heredibus et cui dederint habeat et teneat et nomine massaricii possideat dictas terras et de eis fiat
quidquid valle fuerit sine alicuius contradictione. Dando et solvendo trahendo et consignando ipsis dominabus ad dictum monasterium In civitate Mediolani et mensurando super sollario
dicti monasterii omni anno modios tres misture sicalle et milii equaliter bone et nete. et sicche et medietatem totius vini tracti et consignati boni et neti et puri et mensurati In canipa
dicti monasterii In camera [illegible] monasterii In Mediolano. Et recipiendo nuncium ipsius monasterii domini sue et cum tenendo et pascendo bene et decenter durantibus vindemiis suis propriis damnis
et expensis. Et promissit et guadiam dedit et se et omnia sua bona pignori obligavit dictus Johannes [illegible] domino Pagano [illegible] nomine recipienti quod predictum fictum blave bone
et sicche et nete et predictam medietatem vini boni et neti et puri omni anno trahet et consignabit et mensurabit ad dictum monasterium ut supra. videlicet grossum In sancto
Laurentio et minutum In sancto Martino et vinum tempore vendemiarum et predictum nuncium dicti monasterii recipiet et tenebit et alimentabit ut supra durantibus
vendemiis omnibus suis damnis et expensis Et sine damnis et expensis dicti monasterii. Et cum quanto plurimi extimetur et vallebunt dicti fructus a termino seu terminis
In antea. Et si agi contingerit de predictas possit dictus Johannes ad promissa omni tempore et ubique et sub quolibet Judice conveniri. Renuntiando omnibus feriis et dillationibus
caussarum et cuilibet Indicto [illegible] et quod dare non possit Insolutum pro predictis vel aliquo predictorum cartas vel nomina debitorum comunis Mediolani nec aliquid aliud quod
predictum est. Renuntiando omnibus statutis consiliis et ordinamentis factis vel faciendis per comune Mediolani seu per aliam personam Ingenium et statuto paraticorum
et beneficio eiusdem. Actum In broleto novo comunis Mediolani
Interfuerunt ibi testes Johannes Ramoldi seu de Girundis filius quondam [illegible] parochie sancti Protasii [illegible] porte Romane. notarius. Et [illegible] de [illegible] filius quondam [illegible] [illegible]. Et Johannes
de Quartano filius quondam [illegible] Quartani medici ambo de burgo [illegible]

Ego Anricus de Piora notarius filius quondam [illegible] Merelli civitatis Mediolani porte [illegible] tradidi et scripsi.

Ego Danielus de Cropello notarius filius quondam domini Franceschi de Cropello civitatis Mediolani porte Ticinensis Jussu suprascripti domini Anrici de Piora notarii scripssi.

Morbio 15 (23)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1815805994-19/fragment/page=0001
DFG

Erado

1296: die 16 februarij
Inuestitura semplice di quattro pezzi di terra nel territorio di Erado fatta da
Giovanni del Venero per anni nove dalle Monache di S.ta Radegonda

Inuestitura Iohannis de Venero in loco Eradi

Morleio 15 (23)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1815805994-19/fragment/page=0002